



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

30 Idem. Locustae, quo remedio expellendae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

*Ies. cap. 6. Peccato Amalechitarum animalia eorum sunt iusta interfici. 1. Reg. cap. 15. Peccato Aegyptiorum possessio- nes eorum grandini traditæ, primogenita, & jumenta eorum morte consumpta sunt. Exod. cap. 9. Et peccato Israelyca- rum Arca Domini Philistæis tradita fuit 1. Reg. cap. 4. & eodem cap. Ecclesiæ, ubi etiam Archidiac. num. 4. 1. quest. 4.*

*28 Pluribus tamen exemplis † probare conatur, Cassanæs in dicto cons. 1. par. §. à nu. 126. usq; in fin. virtute excommuni- cationis, anathematizationis, & ma- ledictionis dictas locutas, mures, lima- cas, & hujusmodi animalia, à vineis, predijsque fugari, adducens, præ ceteris, exemplum, anguillas scilicet à lacu Le- mano Geneurenſi hoc remedio recessisse: pro quibus adducit diversas formas pro- cessuum, & sententiarum de quibus loco proximè citato à diversis Vicarijs Epis- copalibus pluribus in locis in Regno Galliæ fabricatis, quorum praxis non approbatur à Iul. Claro, qui de ea verba facit in præt. crim. lib. 5. §. fin. quest.*

*29 vers. non est etiam, neque à Majol. qui hujsmodi Dei ira ab hominibus vita- sanctitate facile everti posse testatur in eod. lib. colloq. 5. §. nemini illo, & quod atti- net ad anguillas, paruerunt mandatis, & præceptis factis à S. Guilielmo Egisco- po Ausanensi, ut per Martin. del Rio. disquis. magis. lib. 3. par. 2. quest. 4. sect. 8. §. tertio, licet tom. 2. sed, ut dixi, ab aliis inibus sanctorum ad actions homi- num peccatorum, non licet arguere. Sancti enim per fidem vicerunt Regna Paul. ad Hebr. cap. 11.*

*29 Dictis processibus † contra dicta ani- malia formatis, sententiaque lata, præ-*

supponitur primò, animalia hujusmodi manifestum esse divinæ ultionis indicium. Iude patochianic cuiusque Parœciæ fideles docentur, & admonentur, ut de divina confidente clementia, transgressores mandatorum Dei, & omnia eorum cri- mina, quibus omnipotentiam hastenus offenderunt, lacrymis abstergeant, vi- torumque incendia contritionis aquis extinguant, & ad sacramentalem con- fessionem, si opus fuerit, accedant culpa- rum omnium fœcē purgaturi, qui vero censuris fuerunt irretiti, miserandum eorum statum agnoscentes, ad pīas ma- tris ecclesiæ gremium redire, rupti, amissisque fœderis gratiam implorare, omnesque, & singuli, ante supremi pa- rentis conspectum pias preces patrono- rum suorum patrocinium rogantes, indefessè debent effundere, ut per Cassan. cons. 1. par. §. nu. 126. vers. pestes hujus- modi, & §. igitur Christi. Hac medicina- tanta malorum rabies abigenda: hoc re- medio infensa nobis omnipotentis ira mulcenda.

Quodque † in his casibus melius quis- quesibi consulat, si supplicationibus, je- junijs, & orationibus tantum mali festi- net avertere, quam maledictionum su- perstitionibus inhærere testatur per Proph. Dominus, & præsertim in Psalm, 49. Invoca in die, inquit, tribulationis: eruamte, & honorificabim⁹: & in alio loco. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eri- piām eum, & glorificabo eum, psalm. 50. & Psalm. 119. Ad Dominum cum tribula- rer, clamavi, & exaudivit me, Et clā- maverunt ad Dominum, cum tribula- rentur, & de necessitatibus eorum libe-

LXXX 3

rativit

ravit eos Psalm. 1c 6, & alibi. Ego autem ad Deum clamavi, & Dominus salvavit me Psalm. 54, & in tribulatione dilectasti me. Psalm. 4.

31 Ideò, t̄ non maledictionibus, aut ex-communicationibus dicta animalia expelluntur, ut quamplures simplices, levioresque homines falsò credunt: cum nec Diabolus ipsum divini nominis, humanique generis hostem hujusmodi mucrone confodere liceat, precibus ad Deum jejunij, eleemosynis, supplicationibus, lacrymis, ac sanctissimis penitentia, & Eucharistia sacramentis, signo crucis, & aqua benedicta aspersione locustae ipsas, cæteraque hujusmodi pestes effugantur, ac pereunt, ut post Lipomauum tom. 7, quem citat, testatur Majol. de admir. nat. reb. collig. 5. 8, nemini illo tempore pag. mihi 246, vers. propterea. His principaliter medijs usi fuere Vicarij, & officiales Episcopales Heduen. Lugdun. & Matiscon. in Gallia à Cassi. qui supra relati in di-  
cons. 1. par. 5. num. 123. & seq.

32 Et in hoc t̄ optimè, sanctissimèque sentit religiosissima multisque nominibus memoranda Bononiae civitas. Illa enim inter innumeras urbis dotes, illustriaque illius reipublicæ ornamenta, quibus sibi, præ ceteris immortalitatem peperit, illum nunquam satis laudatum, ac multis fæculis commendandum morem amplexa est, ut calamitatibus afflita, non ad execranda divinæ iræ flagella configiat; sed aliud verius, præsentiusque nastra remedium, se precibus totam ad Dei numen placandum gemebuada convertat. Quod, ut breviori, ac faciliori via assequatur, ad Divam Virginem parentem sibi amantissimam, advocatamque fidis-

simam nihil morata, procurrit, ad illas pedes projecta, procurabit, non illinc prius discessara, quātū voti composta fuerit. Inde certa peti suffragia, illiusque numen supplicantib⁹ urbi semper adesse ci-  
ves ipsi pluries cognoverunt apertissima-  
que inde subsidia fuerunt experti. Quare, ubi primum, vel ingruentium plu-  
viarum inundatione, vel nimia celi  
ficcitate terra fruges laborant, aut alii  
cives ficcitate etiā stantur angustijs ad  
Divi Lucæ ademin monte, qui Guardiæ  
appellantur; non longo itinere ab urbe  
Itam, pia quadam civium fedelitate Antistitis, civiumque omnium consensu,  
atque consilio se recipiunt. Inde thes-  
sum illud sacrum, ac memorabilem ta-  
bellam, scilicet, illam insignem, qua  
imago Deipara Virginis ipsius D. Luci  
manu (ut historici tradunt) depicta cer-  
nitur, & qua Constantinopoli, & sacro-  
sancto Sophia templo, divino monitu,  
mirabiliter delata fuit, Bononiæ, lon-  
go instructo agmine, deferunt. Cui ad-  
ventanti Aatiani, cœterique magistratus  
una cum clero, atque omnibus Reli-  
giosorum ordinibus ad portam, qua Saragotia  
appellatur, occurunt. Illius ad-  
ventus civitas tota sic gestit, eaque fer-  
tur laetitia, ac si jam optata civer fuerint  
consecuti. Aded lætatur respublica, ut  
mœnia ipsa funditus commoveri videan-  
tur. Sacra illa effigies apud Virgines D.  
Matthiae honorifice collocatur. Inter ea  
publica indicitur supplicatio, ac per ur-  
bem solemní pompa universo cleri, po-  
pulique comitatu ingenti honore sacro-  
sancta circumfertur imago, quam sub  
preciosa umbella, varijs margaritis, tot  
quibus, alijsque innumeris ex auro, &  
argento